

S. PHILASTRIUS Brixienſis († ca 397)

LIBER DE HAERESIBUS (383/391)

- 659 XXXV. Post istum Carpocras nomine surrexit, et ipse dicens ^{PL}_{12, 1151} Unum Principium, de quo Principio, id est, de Deo, prolationes factae sint Angelorum atque Virtutum: quae autem Virtutes deorsum sint, fecerint creaturam istam visibilem ubi nos consistamus. Christum autem dicit non de Virgine Maria, et divino Spiritu natum,¹ sed de semine Ioseph hominem natum arbitratur, deque eo natum carnaliter, sicut omnes homines, suspicatur.²

DIDYMUS Alexandrinus (313 † ca 398)

DE SPIRITU SANCTO (360/380)

- 660 31. [...] Ad Mariam angelus [*al.* archangelus], *Spiritus*, inquit, ^{PG}_{39, 1062} *sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi.*³ Creatrix igitur virtus Altissimi, Spiritu sancto superveniente in Virginem Mariam, Christi corpus fabricavit: quo ille usus templo, sine viri natus est semine.

DE TRINITATE (380/392)

- 661 Lib. I, cap. XV. [...] Καθὰ οὖν αὐτοῦ ἢ τῆς ἐνανθρωπήσεως κάτω ^{PG}_{39, 309} γέννησις ἐτέρα γεννήσει οὐ συγκρίνεται (ἐκ Παρθένου γὰρ ἄρευστος, ἀπήμαντος, ὅπερ ἡ φύσις ἡμῶν οὐκ ἔχει), οὕτω καὶ ἄνω γέννησις ἀκατάληπτος ὑπὲρ τὸ πλεόν, καὶ πᾶσαν ἐξαλλάττουσα γέννησιν ὑπάρχει· καὶ οὔτε ἀπιστεῖν χρή, οὔτε μὴν ζητεῖν ἢ ἐξηγεῖσθαι τὸν τρόπον ἡμῖν ἀσφαλές, τοῖς εἰ-

- 661 Lib. I, cap. XV. [...] Quemadmodum ergo terrena eius in Incarnatione nativitas nulli alteri nativitati comparari potest (nam et ex Virgine * fuit, et sine fluxione, ac sine violatione, id quod natura nostra non habet): ita etiam coelestis nativitas incomprehensibilis maxime est, et a quavis discrepans nativitate. Neque vero aut fidem denegare oportet, aut tuta res nobis est quaerere, sive exponere, quomodo ea se habeat, cum ne dicere quidem possimus, quo-

¹ Lc. I, 35.² CCL IX, 232.³ Lc. I, 35.